

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prelacio bs
cum fontibus proximo et primo

Manipulus florum, Prelacio bs:

Opus quidem desiderare bonum, bonum est; primatum autem honoris concupiscere uanitas est.

Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.

Crisostomus super Mattheum.

Fons proximus:

Unde Chrysostomus dicit, *super Matth.*:
Opus quidem desiderare bonum, bonum est: primatum autem honoris concupiscere vanitas est.

Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se horret.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda secundae*, 185.1 (P. Caramello ed., p.807).

Fons primus:

Et
opus quidem bonum desiderare bonum est: primatum autem honoris concupiscere, vanitas est;
quoniam bonum opus implere, nostrae voluntatis, et nostri operis est, et laboris, propter quod et nostra est merces: primatum autem consequi, judicii Dei est, propter quod ex primatu honoris nescio si aliquam mercedem justiciae adipisci meremur. Nam desiderium primatus ex jactantia nascitur cordis: qui autem humilis est corde, et indignorem se aliis arbitratur, secundum illud praeceptum apostolicum, quod ait; *Alter alterum aestmans superiorem se, numquam desiderat superior apparere (Rom. 12. 3 et Philipp. 2. 3).*

Primatus enim fugientem se desiderat, desiderantem se odit.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus imperfectum in Matthaeum*, 35 (PG 56, col.829-30).